



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermanni Conringii De Antiquitatibus Academicis Dissertationes

Conring, Hermann

Helmeftadii, 1674

Supplementum LXXIX. Ad pag. CLXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

Ad pag. CLIX.

Diximus, instituta Academiarum varia esse, nec certo posse defini omnium primam originem. Id longe esse verissimum nemini non est notum, qui quidem ad res Academicas attenderit. Inquam multis tamen, & porissimis quidem, Academiae omnes conveniunt, nunc quidem temporis, etsi non statim à primo initio. Cujus rei causa est, quoniam recentiores quæque statim circa principia nactæ sunt, Pontificum Cæsarum aut Regum beneficio, ea omnia quæ vetustiores quæque per partes & sensim fuerant consequutæ. Certe de singulis defini nihil certi potest, nisi inspectis earum publicis Tabulis aut Diplomatum, factâque diligenti omnium collatione. Id quod hactenus fieri non potuit à quoquam, quando quidem tabulæ istæ non sunt editæ in lucem aut ad omnium notitiam pervenere.

SUPPLEMENTVM LXXIX.

Ad pag. CLXI.

Anotavit nonnulla de honore Academiis habito I. Limnæus *l. 8 Jur. Publici cap. 1.* ut & in utroque *Additionum* tomo ad caput illud n. 74: quæ digna sunt ut cum hisce nostris conferantur. Nec enim vacat illa exscribere, præsertim quia Limnæana isthæc etiam vulgi teruntur manibus.

SUPPLEMENTVM LXXX.

Ad pag. CLXVI.

DE Legibus quas Constantinus Magnus in Professorum gratiam condidit, præclare egit Franciscus Balduinus, Jurisconsultus verè πολιτικός (quæ rara laus est) in *l. 2. sui Constantini Magni, sive de Constantini Imperatoris Legibus Ecclesiasticis ac Civilibus Commentariorum*: qui liber, ut viri plerumque, est sine exemplo, multâ eruditione & prudentia refertus.

Aaa 3

SVP.